

qui certum nuntium atq; adorem non habet. Qd & M. Tull. lib. 1. ep. fam. 10. ad C. Cassium scribēs his significat. Nos de Dolabella quæ volumus audiimus; sed ad huc sine capite, sine auctore, rumore nuncio. Fama vērō à fide dignis certisq; personis originem habet, l. de curionum. C. de pœn. & scribunt Bart. in d. §. plurimum, nu. 15. nu. 23. & 31. & Fel. in c. veniens, l. 1. nu. 17. de testib. Qui de his alia scitu non indigna, quæ hic recensere super sedeo, scripta reliquerunt. 45 Tormenta seu qones esse dicimus corporis cruciatus, quib. per verberati & torti confessionem, rei veritas eruuntur, l. ite apud Labeonem. §. qu. ff. de iniur. & l. 1. §. qui. ff. ad S. C. Syllaniam. Nā (inquit M. Tull. in Topicis) & verberib. torti, in igne defatigati, q dnt, ea videtur veritas ipsa dicere. Quanq̄ verē vfu cōpertū sit, cruciatus ī modicos falsa pro veris ostēdit, quemadmodū li. 2. de arbitri. iudicium & C. Casu 269. aliquot exemplis demonstrauimus. Hæc summam, & ea, qua potuimus breuitate, de inartificiali probatione peritrixiimus.

De artificiali probatione, quam præsumptionem appellamus, multiplex multorum diuisio.

S V M M A R I V M.

- 1 Probationem artificialem Quintil. quomodo diuidat.
2 Probationis artificialis duæ partitiones secundum Baldum, & num. 3.
4 Probatio artificialis quomodo diuidatur à Gandino.
5 Probationis artificialis diuisio secundum Alexandrum de Ales.
6 Præsumptio temeraria quæ sit secundum Alex. Alesensem.
7 Præsumptio violenta quæ sit.
8 Præsumptio leuis quæ dicatur.
9 Præsumptio leuis, si vir bona fama videatur semel alloqui mulierem in loco suspecto.
10 Præsumptio probabilis quæ sit.
11 Præsumptio ex omnium ferē sententia sic diuiditur, vt vna iuris sit, & de iure, altera iuris tantum, tertia verò hominis.

Q V A E S T I O II.

QVÆRO secundò, quot sunt artificialis probationis, seu presumptionis species? Hac de re varigunt scriptorū partitiones. Fabius enim Quint. lib. 5. inffit. ora. c. 8. quem ex nostris secutus est Franc. Duarenus lib. 1. disp. annuer. c. 27. probationem hanc artificialem 1 diuidit in necessariam, credibilem seu verisimilem, & non repugnātem. Secūda fuit diuisio Bal. in rub. ext. de præsumpt. qui docuit aliā esse præsumptionē 2 iuris & de iure; aliā iudicis, aliā possessionis, aliā ex tempore, aliā hominis discreti, aliā ex consuetudine. Quā sanē partitionē probare nūq̄ potui. Tertia fuit diuisio, quā ipsemet Bal. recēset in rub. C. de prob. nu. 4. & in l. ea quidē, nu. 5. C. de acc. Cū dixit præsumptionē 3 aliā esse legis, aliam hominis. Et præsumptionē illā legis, aliquando esse simpliciter iuris, aliquando iuris, & de iure. Quam sanē diuisionē ceteri ferē omnes sunt secuti. Quarta fuit diuisio Spec. in tit. de præsumpt. §. species. qui dixit præsumptionem vnā esse temerariam, secundam probabilem, tertiam violentam, quartam necessariam. Et Speculatorem secutus est Io. à Platea in l. quæcunq; col. vlt. C. de apochis publ. lib. 10. partitio Gandini in trac. malef. rub. de præsumpt. & indicis indubitanis, col. 1. q. dixit præsumptionē aliā esse facti, aliā hominis, aliā naturæ, aliam iuris, & de iure. Et aliā esse temerariā, & leuē, aliā probabilem, & discretam, & aliam dici violentam. Quam quidem diuisiōnem probauit Paulus Girillādus in trac. de q. & tortu. ra. q. 3. nu. 7. Quinta fuit diuisio, quam fecit Alexander de Ales Theologus præstantissimus in lum. par. 3. q. 45. mebro 7. col. pen. & quæ quidem non multum differt ab illa Gandini. Diuidit Alesensis præsumptionem 4 in temerariam, violentam, leuē & Probabilem. Præsumptionē temerariam appellat Alesensis illam quæ sit, quando apparet coniectura boni & non mali; & quando oīa signa

sunt boni, & nulla mali, qualis fuit illa Pharisæorum, vt legitur Lucæ c. 7. q. dicebant infra se. Hic si esset propheta sciret vtique, qualis est mulier, q̄ tangit eū, q̄ peccatrix est. Præsumptione temeraria impij illi iudicabant Christi, cū tamen signa oīa in eo bona, & nulla mala cognouissent. Et similis fuit eorūdem Matth. c. 9. Cū Dominus dixisset Paralytico, remittuntur tibi peccata tua; dicebant Pharisæi, hic blasphematur, & de temeraria præsumptione sunt alia exēpla in c. 12. q. 1. in c. 1. 6. q. 1. c. si q. v. rō. 76. dist. & in c. licet Heli. de sim. & præter Spec. in d. §. species, tradit Euerardus in Cēturia legali in loco à verisimili. nu. 1. 8. Præsumptio 5 violenta (inquit Alesensis) p̄dicta cōtraria est. qñ. i. apparet cōiectura mali, & nō boni; cū in q̄ oīa signa sunt mali, & nulla boni. Sicuti fuit illa q̄ fecit Salomon, vt habetur li. 3. Regum c. 3. relatum in c. afferte. de præsumpt. dum adiudicauit filium illi mulieri, quæ lachrymis rogauerat, ne puer interficeretur, iudicās illam esse matrem. Et è contra mulierem illam, quæ petierat puerum diuidi, & dicebat, nec mihi, nec tibi, sed diuidatur, non esse matrem iudicauit Salomon violenta hac 6 p̄sumptione; cū in ea oīa signa mali, nempe aduersus humanam, & naturalem pietatem existerent. Præsumptio 7 leuis est (inquit Alesensis) in qua parua adest cōiectura mali, & magna boni; vt quia multa signa boni sunt nulla verò aut parua mali; quemadmodū fuit p̄sumptio illa, q̄ fecit idem Salomon li. 3. Regum c. 2. dum iudicauit fratrem morte dignum ob id quod petierat Abylag Sunamitæ. Et si enim Salomon de præcedenti facto ante suam in regno confirmationem, quo Adonias sibi fecerat currū & equos, habuisset signū, quod regnare cupiebat; attē post confirmationem nil fecisse legitur, nisi quod petijt Abylag. Et p̄pea leuis fuit illa præsumptio, qua motus Salomō, fratre morti adiudicauit. Est & illa 9 leuis præsumptio, 3 vt si vir bonæ famæ, videatur semel alloqui mulierem in loco suspecto. Hoc .n. debet in meliorem partem interpretari, iuxta c. estote. ext. de reg. iur. 10 Præsumptio probabilis est p̄cedenti contraria; & dicitur illa quæ sumitur ex multis signis malis; & parua ac exigua sunt signa boni; qualis est illa, q̄ sumitur à falsis prophetis, nam à fructib. eorum cognoscimus eos, Matth. c. 7. Nostra etate planè miseranda, p̄ probabilem præsumptionem sumimus, falsos Christianos illos esse, qui dum bona aliqua concionantur, reliqua mala omnia suadēt. Ceterum nec duæ hæ partitiones retinendæ sunt; cum non species sed loca, (sicuti in ea secunda commemorata fecit Bal.) seu sedes, è quib. præsumptio deducitur, recēserint. Rectius itaq; ex nostrorū ferē omnium sententia sic nos diuidimus præsumptionem; vt vna sit iuris, & de iure, altera iuris tantum; tertia verò hominis. Quæ quidem diuisio conuenire videtur in multis saltē cū illa Quintilianii, qui dixit, præsumptionem aliam esse necessariam, aliam credibilem, aliam non repugnantem; quæ admodum mox explicabimus.

Præsumptio iuris & de iure, quæ, & quomodo necessaria dicitur, quantumque cum ea conueniat.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio necessaria dicitur, cum aliquibus positis necessaria efficitur, quod intendimus.
Appellatur autem ea violenta, vel verius violentissima. Rhetores signum dicunt. ibid.
2 Præsumptio necessaria vel probatio ducitur à naturalibus principijs, vel ab humanis.
3 Lac reperitur in mammis mulieris, violentam facit præsumptionem corruptam fuisse.
Aduertenda tamen sententia sapientissimi Hippocratis, & Galeni ibid. recitata. nu. 4.
5 Præsumptio violenta à naturalibus causis, & principijs nata, contrariam probationem non admittit.

6 Præ.

- 6 Præsumptio violenta seu probatio ortū habens à causis, & principijs naturalibus raro vfu venit, cum maior pars indiciorum versetur circa actiones humanas.
7 Actiones humana certum sibi ac necessarium euentum præsumere nequeunt.
8 Præsumptio violenta seu probatio ab humanis quoque principijs oriur, cum nascitur ab indicijs atque coniecturis, humana lege & ratione probatis.
9 Præsumptio necessaria appellatur præsumptio iuris & de iure à Specul.
Et qua de causa hoc fiat. num. 13.
10 Præsumptio ortum habens ab indicijs atque coniecturis humana lege & ratione probatis, & si aliter se habere possit, quam re ipsa sit, vix fieri tamen potest vt contrariam probationem admittat, sed solum possit extenuari. num. 11. & 12.
14 Certe fidei vnde dicatur.
15 Præsumptionem iuris, & de iure, quomodo describat Bald. & num. 16.
17 Præsumptio iuris, & de iure descripta per Alciatum.
18 Præsumptio iuris vnde sit dicta.
19 Præsumptio iuris, & de iure, non admittitur probatio in contrarium statuto Veneto.
20 Præsumptio iuris, et de iure illa dicitur à multis, quæ in lege scripta est, & ita ab ea sancitum, ne contrarium possit probari.
21 Præsumptio iuris, & de iure quæ dicitur secundum Romanum.
22 Præsumptio violenta nunquā dicitur, nisi lex ita exprimat, ex sententia Card. Alex. Saliceti, & aliorum ibi allegatorum.
23 Præsumptio iuris, & de iure semper desumitur ex actis præteriti temporis, non autem ex futuro.

Q V A E S T I O III.

QVÆRO tertio, quæ dicatur præsumptio iuris, & de iure, quæ necessaria appellare etiam possumus? Prius dicendum est, necessariam dici præsumptionem cum aliquibus positis, necessario inde efficitur q̄ intendimus. Et hanc violentam, vel verius violentissimam nostri appellant: Rhetores verò alio nomine signum, de quo suo loco fusius dicemus vocant, statutum Venetum in prologo 2. num. 10. appellat hanc præsumptionem necessariam. Ducitur hæc artificialis necessaria 1 probatio, seu præsumptio vel à naturalibus principijs, vel ab humanis, à naturalibus principijs hoc modo nascitur. Si probatur mulierem habere lac 2 in mammis, inde artificialis probatio, seu violenta præsumptio oritur, mulierem hanc fuisse corruptam. Quo sanē exēplo vsi sunt Fabius lib. 5. institut. orat. c. 9. & ex nostris Bald. in rub. C. de probat. nu. 6. vers. exemplum de primo. Natura enim ipsa, non ars efficit, vt lac in mammis habeat mulier propter generationem. Est tamen quod aduersatur 3 sapientissimum Hippocratē in 5. Aphorif. in 39. aphorif. & ibid. Gal. declarat, scriptis fieri posse, vt mulier lac habeat in mammis, etsi non concepit, sicuti illi, cui menstrua non fluunt. Illos consule, verum Paris. in conf. 29. nu. 48. lib. 2. scripsit, habere lac in mammis non esse certum signum, scēminam peperisse, & huius traditionis auctor m recenset Fulg. in l. si sterilis. in princ. de act. empt. qui meo in Codice hoc scriptum non reliquit. Alio etiam exēplo vsus est Bal. loco iam citato, si probatum extitit homini amputatum fuisse caput, inde descendet 4 necessaria, atque ita violenta præsumptio hominem illum esse vita defunctum. Est his simile exemplū, si dicimus fumus è domo exiit, ergo ibi ignis adfuit. Natura enim hoc efficit. Non est dissimile exemplum, quo vitur Fabius d. lib. 5. institut. orat. c. 9. & iure nostro probatur in l. optimam. C. de contrah. & committ. stip. Si ex hibeo in strumentum hic Patavij inter me & te confectum, die 10. Septemb. inde necessario fiet, me ea die 10. Septembris Romæ non fuisse; Cum ob maximā locorum distantiam fieri non possit, vt eadem die esse

potuerim utroque in loco. Hoc enim miraculose, non autem natura effici potest. Quemadmodum vsu venisse D. Ambrosio, memoriæ prodidit Bald. in d. l. optimam. Diuus enim Ambrosius (ait ille) manē Missam celebrauit Romæ, & eademmet die vsus est Mediolani. Et de B. Isidoro idem scriptum reliquit Boer. q. 165. num. 7. Illud quoque exemplum huc spectat, quod si affirmant testes se noctis tempore vidisse Meuium Caium occidisse, & ipsum homicidam de facie nouisse, si probetur lumen eo tempore non adfuisse, lunamque ea nocte illum extitisse, & tantam fuisse locorum distantiam, vt humanus oculus, quamquā linceus (vt est in veteri proverbio) videre non potuerit; inde fiet necessario, testes illos id falso asseruisse. Quod Athenis aliquando contingisse scripsit Plutarch. in vita Alcibiadis. Et in iure nostro probatur auctoritate Bald. in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus caus. & Iaf. in l. non minore. nu. 4. C. de transact. & idem scripserunt Dec. consil. 163. col. 3. Euerard. in centuria legali in loco à natura, num. 1. Hæc violenta præsumptio 5 1 à naturalibus causis & principijs nata, contrariam probationem non admittit. Nam auctore Bal. in rub. C. de probat. nu. 6. ver. exemplum de primo; est hoc argumentum concludens à necessitate naturæ, quæ vi humana, vt aliter se habeat, effici nō potest. Quæ enim ratione & medio probari poterit contrarium eius, quod natura ipsa, quæ euidentem adfert certitudinem, docet atq; commonstrat? probatio seu violentissima 7 2 præsumptio raro vsu venit, quod maior pars indiciorum circa humanas versatur actiones, quæ certum sibi ac necessarium euentum præsumere nequeunt: quemadmodum Arist. lib. 1. Rhet. c. 5. scriptū reliquit; Et inibi annotarunt eruditissimi Barbarus, Victor, & Maiorag. Necessaria hæc probatio, seu violenta 8 3 præsumptio ab humanis quoque principijs oriur; Cum. n. nascitur ab indicijs, atque coniecturis humana lege, & ratione probatis. Quæ sanē apparentes coniectura sunt; & à Bald. in rub. C. de probat. nu. 6. vers. exemplum de secundo, appellatur necessitas legitima. Necessaria etiā præsumptio à Spec. in tit. de præsumpt. §. species. num. 5. appellatur 9 4 præsumptio iuris & de iure. Si 1 dicimus Aycem ab Vlyffe occisum, q̄ post odia antiqua inter eos, Vlyffe ipsum vidimus, nudo gladio & cruento, iuxta Ayacis cadaver consistere. Quo sanē exemplo vitur M. Tull. lib. 1. ad Heren. Ita pariter si probatur te exiisse domū districto gladio, cruento madido, vestig; cruenta, & in domo reperitū esse cadaver, teq; fuisse mortui inimicū; necessaria hinc orietur probatio, ducta à ratione humana, & coniecturis ita apparentib. confirmata, vt dicendū sit, te illum occidisse. Quod exemplum ad re hanc declarādā attulit Fabius lib. 5. inst. orat. c. 9. Et ex nostris probatur Bal. in l. fur est, nu. 2. ff. de furtis. Boer. q. 166. nu. 2. & Grat. decis. 42. nu. 4. & suo loco vberius dicemus. Hæc tam effica & violenta præsumptio, etsi efficiatior ea sit, quæ à natura descendit; cū hæc aliter se habere possit, quæ re ipsa sit. Attū 10 5 vix fieri pot, quod contrariam probationē admittat. Extenuari quidē aliqua 11 6 ex parte pot; ex integro dilui non pot. Extenuabitur 7 si probetur occisum insanū fuisse, & aliqñ, nisi præstò aliqui fuissent, sibi manū intulisse, & inter occisum illū, & accusatum leuem extitisse inimicitiam. Quæ rōne dicendum est aduersus hanc præsumptionem directò contrariū 12 7 1 iū 1 probari minimè posse. Hinc obseruandū est, quod si lex præsumptionē aliquā, quæ a naturalib. vel humanis principijs ortū habet, approbat, atq; ita statuat, vel nullā omnino contrariā probationē, vel indirectā ad extenuandū tm̄ (vt diximus) prudens iudex admittet: Et 13 8 2 idcirco hæc necessariā probationē artificialē (vt attigimus) appellat nostri præsumptionē iuris & de iure. Lex enim ita præsumit, vt verū illud esse statuat, contrariumque probari non posse decernat. Nā legis auctoritas hoc

14 certum esse facit. Et ob id congruo noīe fidei certitudo non ab euidētia rei, non à ratiōne ducta, sed ab auctoritate credibili appellatur. Quōbrē Bald. in rubr. C. 15 de probatio. nu. 4. hanc præsumptionē ÷ iuris & de iure ita definit, vel describit potius, vt sit animi legislatoris applicatio ad verisimile, cōfirmata sanctiōne. Et Bal. secutus est Curt. Iun. in conf. 4. nu. 15. & in conf. 50. nu. 5. Verum plenius ac fortē melius idē Bal. in l. ea quidē, nu. 166. C. de accus. ita describit. Præsumptio ÷ iuris, & de iure est status à iure promulgatus ex indubia cōiectura. Quā diffinitionem ait probari in l. cum ostendimus. §. vlt. ff. de fideiussor. tut. Alc. vero in tract. de præsumpt. in præ 17 lud. par. 1. nu. 3. ita diffinit. Est ÷ dispositio legis aliquid præsumētis, & super præsumpto, tanquam sibi comperito statuentis. Quam sanē diffinitionem ait probari in c. 18 is qui fidē de sponf. Hęc præsumptio iuris, & de iure ÷ de sumptit nomē. Nā præsumptio iuris dicitur, quia à lege introducta est; Et de iure, quia super tali præsumptione lex inducit firmū ius, & hēt eam pro veritate. Ita declarat Bal. in l. siue possidetis, nu. 6. C. de probat. & Bal. secutus est Fel. in c. quanto, nu. 3. de præsumpt. & idem scripsit Alc. in tract. de præsumpt. in præ lud. nu. 3. Et statutum Venerum in prologo 2. nu. 10. statuit non admitti cōtrariam probationem. Quocirca scriptum à multis est illā dici ÷ præsumptionem iuris, & de iure, quæ in lege scripta est; & ita ab ea sancitum, ne contrarium probari possit. Ita tradunt Bal. in rub. ext. de præsumpt. nu. 1. Innoc. in c. quia verisimile, n. 2. de præsumpt. Alex. in l. inter stipulantem. §. 1. nu. 3. de ver. obl. post Comensem ibi. Idē docuit Rom. in l. si duo, nu. 8. ff. de acq. her. qui egregiē scribit, quod si statutum introduceret aliquod genus probationis, & illud vellet esse plenā probationem, dicere tunc, quod illi oīmoda fides adhibeatur, hanc esse ÷ præsumptionem iuris & de iure, & huius sententiæ gl. & Bald. recenset. Ita et docuit Card. Alex. in c. is qui fidem nu. 23. de sponfa. quod ÷ violēta præsumptio nunquā dicitur, nisi lex ita eam ex primat. Id quod scribunt & Sal. in rub. C. de probat. & Guliel. Mayn. in l. in obscuris, nu. 7. de reg. iur. Cur. Iun. conf. 50. nu. 5. Verum docuit Fel. in d. c. quāto, col. 2. ver. & dicitur de iure, & c. nō esse opus, quod lex expressim reiciat probationē cōtrariam. Et eiusdem opin. recenset Abb. ibi n. 2. ver. vnde scias. Quorum traditio non aduersatur iā relatis. Cū idē illi sentiant, si rectē perpēdāt. Illud quoq; de hac præsumptione iuris & de iure annōtādum est, illā sumi sp. ex ÷ actus præteriti tēporis, non aut ex futuro. Ita sentit & rectē Euer. in centuria legali in loco, à tempore ad tempus, nu. 2.

*Præsumptio iuris quæ, & quomodo ab alijs appellatur verisimilis.*

**S V M M A R I V M.**

- 1 Probatio verisimilis, quam nos præsumptionem iuris dicimus, quid sit secundum Quintil. Victorium, & Maioragium.
- 2 Chirographum quo me tibi ceterum debere sum professus, si penes te cancellatum reperitur, oritur præsumptio iuris, verisimilis que probatio, me tibi satisfecisse.
- 3 Præsumptionem iuris quomodo definiat Bald.
- 4 Præsumptio iuris quid sit, secundum Salicetum, & alios eius sequaces.
- 5 Præsumptio iuris secundum Alciatum.
- 6 Præsumptio iuris à Baldo dicitur violenta.
- 7 Præsumptio iuris quam probationem contrariam requirat.

**Q V A E S T I O IIII.**

QVÆRO quartò, quæ dicatur probatio verisimilis artificialis, quam nostri præsumptionem iuris appellant? Et verè illa esse ÷ dicitur, cum aliquibus positis verisimiliter, atque ita probabiliter, non autē necessariò

sequitur, quod intēdimus. Ita Fabius lib. 5. in lit. orator. c. 9. scriptū reliquit. Et hoc esse signum improprie Rhetores censent, vt quod nomine signi vere careat. Et verisimile, vel credible potius quam signum esse volunt. Qd̄ eopiosius explanant Victor. & Maiorag. ad Arist. lib. de Rhet. Et alio noīe probatio credibilis appellari potest; ex Arist. lib. 1. Rhetor. c. 6. qui scribit credible esse, quod fieri solet; non simpliciter absolutēque, sed quod verisimile est circa ea quæ aliter se habere possunt. Res exemplis fiet clarior. Si probò Caiā Sempronij vxorem esse, & cū ea cohabitasse, probemq; Caiam Lucium peperisse, inde summa verisimiliter atque credibiliter Lucium Sempronij filium esse, sicuti Vlp. ait in l. filium. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, & copiosè disserui lib. 2. de arbitr. iudic. & c. casu 89. & hoc exemplo ad rem nostra vsus est Bal. in rubr. C. de prob. nu. 6. ver. exemplum ergo istud. Nam (ait Bald.) est hæc quedam probabilitas à lege approbata. Exemplum etiā potest adferri. Si probot ÷ chirographum quo me tibi centum debere professus sum, esse cancellatū; inde iuris præsumptio, verisimilisque probatio orietur me tibi satisfecisse, l. si chirographū. ff. de probat. Ias. in l. 2. nu. 2. ff. de pact. Et hoc exēplo vtitur statutum Venerum in prologo 2. num. 10. ad declinandam hanc præsumptionem iuris. Cætera exempla suis locis referemus; quibus quidē planū sit, hæc fieri solere, & aliter se habere posse. Pōt enim esse quod mulier illa, quæ cum marito habitabat; ex eo filium non genuerit, vt abundè explicui d. casu 89. Hanc præsumptionem iuris ita diffinit, vel verius describit Bal. in rubr. C. de probat. nu. 4. Est animi ÷ legislatoris ad verisimile applicatio, onus probandi transferens. Vel ex eodem Bal. in l. ea quidē, nu. 5. C. de accus. Præsumptio iuris est similitudo quæ dā sufficiens ad rem dubiam, de qua creduntur, credenda. Qd̄ ait probari in l. iuris gentium. §. quod ferē. ff. de pactis. & in l. 1. C. de contrah. & comm. stip. Salic. in rubr. C. de probat. & cum eo Guliel. Mayn. in l. in obscuris, nu. 4. de reg. iur. dixit præsumptionem ÷ esse animi applicationem quandam ad alteram partium. Alc. verò in tract. de præsumpt. in præ ludijs. par. 3. num. 1. ita diffinit. Præsumptio iuris est probabilis coniectura ex certo signo propeniens, quæ alio non adducto, pro veritate habetur. Et Alc. secutus est Simancas, eruditissimus certè I. C. lib. Catholic. institut. tit. 50. de præsumpt. num. 6. Non hic contendo, quarum altera ex diffinitionib. his sit vera, satis sit rem ipsam demonstrasse. Et Bald. in l. siue possidetis, nu. 5. C. de probat. appellat hanc ÷ iuris præsumptionem, violentam præsumptionem, & ibi adfert exempla. Hęc autem iuris præsumptio aliquando vt vehementer requirit strictiorem, seu ÷ maiorem probationem cōtrariam, aliquando verò vt minus vehementer, leniori cōtraria probatione contenta est, quæ potius purgatio appellatur, quam probatio. Ita declarat Abb. in c. 4. nu. 2. ver. quandoque tamen, de præsumptio.

*Præsumptio hominis quæ, & quomodo differat à præsumptione iuris reiecta Doctissimi Sarmienti noua opinione.*

**S V M M A R I V M.**

- 1 Præsumptio hominis non separatur à præsumptione iuris per Rhetores. & num. 2.
- 3 Præsumptionem hominis statutum Venerum probabilē dicit.
- 4 Præsumptio iuris & præsumptio hominis differunt maxime apud Iuriconsultos.
- 5 Præsumptio iuris dicitur, quod à lege approbata sit.
- 6 Præsumptio hominis dicitur, quod nullo iure confirmata reperitur.
- 7 Præsumptiones, quas facit homo, lex approbare cui non potuit.

8 Præsumptiones hominis in iudicijs arbitrio postæ sunt, et nu. 10.

9 Præsumptionum hominis certam doctrinam dari non posse.

10 Præsumptio hominis secundum Baldum diuiditur in vehementem suæ maiorem, & in non vehementem, suæ minorem.

11 Vehemens hominis præsumptio secundum Bald. quæ.

12 Præsumptio hominis non vehementem quæ.

13 Præsumptionis hominis unica tantum species, & ratio.

14 Præsumptio hominis secundum Bald. quæ.

15 Præsumptio hominis secundum Abb. quæ.

16 Suspicionem esse quid minus ipsa præsumptione.

17 Præsumptio & coniectura aliqua, & si scripta non est in lege, si tamē magnam cum scripta affinitatem habet, & similitudinē, de ea iudicandū est quoad effectū, sicut de scripta ipsa.

18 Casus omnes cum lege comprehendere minime poterunt, de similibus ad similia procedimus.

**Q V A E S T I O V.**

QVÆRO quintò, quæ dicatur præsumptio hominis? Hęc à Rhetorib. non ÷ separatur ab illa, quam superiore q. explicauimus. Nam & in hac eorum sententia, ÷ ex aliquib. positis verisimiliter & probabiliter, nō autē necessariò, sequitur quod intēdimus. Hanc præsumptionē appellat ÷ probabilem statutū Venet. in prologo 2. nu. 10. Apud nostros Iurisc. tū magna cōstituitur inter illam & ÷ hanc dīa. Si quidem illa iuris ÷ præsumptio ita appellatur, (vt diximus) quod à lege approbata sit, hæc verò hominis ÷ dīa, quod nullo iure cōfirmata reperitur. Sicuti apertè docuit Bal. in rubr. C. de prob. in fi. & in rub. ext. de præsumpt. n. 3. quem secuti sunt Fel. in c. quāto. col. 2. de præsumpt. & Bero. in rub. ext. de prob. nu. 42. & idem rādīt Castr. in conf. 299. vīsa inquisitione supra scripta. col. 3. lib. 2. Nō enim præsumptiones ÷ has, quas homo facit, potuit lex approbare, cū variæ multiplicesq; sint, & ex varijs causis legib. ipsiā promulgatis, oriti soleāt, & iō dicimus, ÷ in iudicijs arbitrio esse positas. Ita Bal. & ceteri relati censent, & manifestè Dec. in l. 1. nu. 7. C. de testam. milit. Euerardus in centuria legali in loco à verisimil. nu. 18. & propterea Abbas in c. quam te, nu. 3. de præsumpt. scripsit, de hac ÷ præsumptione, certam doctrinā dari non posse, & ibid. col. vlt. apertè scripsit, relinquar arbitrio ÷ iudicijs. Hanc hominis præsumptionē diuidit Bal. in rub. C. de prob. n. 4. in ÷ vehementē, siue maiore, & in non vehementē siue minore. Primā illā ita diffinit Bal. vt sit vehemens ÷ applicatio animi boni viri ad valdē verisimile. c. vlt. de success. ab intest. Secūda verò illam præsumptionē non vehementē diffinit Bal. his verbis. Est ÷ inclinatio animi boni viri ad eligēdum alterū extremū. ex intellectu proueniens ex cōiectura nobilit. Et hanc Baldi partitionem ex recētorib. probauit Ioannes Bolognetus in tract. de differētij. iuris & facti, num. 106. Et hic facit traditio eiusdem Baldi in l. siue possidetis, col. vlt. ver. quæro nunquid sit, C. de probat. dū cōstituit dīam inter præsumptionē vehementē & violentā. Ego opinor vnā tū esse huius ÷ præsumptionis speciem. Quod n. aliqui sit maior, aliqui minor, diuersas species nō cōstituit, iuxta l. vlt. ff. de fundo in str. instrum. legat. & mecum sentit manifestè Abb. in d. cap. quanto, col. vlt. de præsumpt. qui dixit, hæc esse vocabula magistrata, non aut quod interea sit specifica differentia. Et idemmet Bal. in l. ea quidē, nu. 4. C. de accus. Cū vnā solam hominis præsumptionē cōstituit, & quā ita diffinit. Præsumptio hominis est quidā cōceptus ÷ causatus in mente ab aliqua probabili coniectura. Quibus sanē verbis excludit Baldus præsumptionem temerariā, quæ à malis hominib. ex coniectura minus probabili oritur, vt declarat Spec. in tit. de præsumpt. §. spēs. nu. 1. Et infra aliqua de ea dicemus. Hanc quoq; hominis præsumptionē ita diffinit Abb. in c. quāto, nu. 3. de præsumpt. præsumptio nō est aliud quam quedam suspicio, quæ causatur in animo iudicis, vel cuiuscumq; ex varijs cōiectu-

ris, vel argumentis, seu indicijs. Quæ diffinitio habet dubitationē ob illud verbū, suspicio, cū ÷ suspicio sit quid minus ipsa præsumptione; quæ de re suo loco dicemus. Illud et hic addendū esse existimaui, neminem hæcenus extitisse, qui hanc distinctionem præsumptionū ÷ iuris & hominis impugnauerit, vno excepto benè erudito Francisco Sarmiento Hispano lib. 1. selet. interpret. c. 1. nu. 9. ait ille, nullā esse hominis præsumptionem, quæ lege non nitatur. Sed vellem is considerasset Doct. nostros rectè appellasse iuris præsumptionem illam, quæ scripta est in lege ipsa, illam hominis, quæ est ÷ a lege & ratione non discrepat, in lege tū expressim scripta non legitur, sicuti clarè docuit Bal. in rub. extra, de præsumpt. nu. 3. Credi derim tū quod est ÷ præsumptio, & coniectura aliqua scripta nō est in lege, si tū magnam cum scripta affinitatem habet & similitudinem, quod contingit ob maiore, vel eandem rōnem, de ea iudicandū erit quo ad sui effectum, quod de ipsa scripta. Cum n. casus oēs lege ÷ comprehendere minime poterint, de similib. ad similia procedimus, l. non possunt, ff. de legib. quod responsum alijs exposuimus lib. 2. de Arbitrarijs iudicijs, casu 84.

*Præsumptionem constare argumentis, signis & exemplis, & quæ illa sint, copiosè explicatur.*

**S V M M A R I V M.**

- 1 Probatio artificialis seu præsumptio, quot constet arg.
- 2 Argum. quid sit secundum Cic. Quint. num. 3. Bald. 4. Dialect. 6. vnde conficiatur. 7. eius vsus apud Dialect. 5.
- 3 Argumentum semper habet artificium, signum aliquando arte caret, aliquando non.
- 4 Argumentatio secundum Ciceronem, est inuentum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter ostendens, aut necessariò demonstrans.
- 5 Signum quod apud Rhetores, id apud Iureconsultos. indicium, cōiectura, nota vel vestigium dicitur.
- 6 Exemplum Rhetoribus, Iureconsultis. est simile.

**Q V A E S T I O VI.**

QVÆRO sextò, quibus cōstat præsumptio, seu artificialis probatio? Et trib. constare intelligimus ÷ ex Aristotele lib. 1. Rhetor. ad Alexandrū, c. 5. de probatione, & ex auctore lib. 1. ad Herenniū, & Fabio Quintiliano lib. 5. Instit. orator. c. 9. nempe argumentis, signis, & exēplis. Est argumētū (inquit M. Tullius in Topica) ÷ rō quæ rei dubiæ facit fidem. Et idē in partitionib. dixit, argumentum esse probabile inuentum ad faciendū fidem. Fabius verò Quintilian. d. lib. 5. instit. orator. c. 10. scriptū reliquit, argumentū esse ÷ orationē per ea, quæ certa sunt, fidē dubijs afferens, Bal. aut in l. ea quidē, nu. 9. C. de accusat. ita diffinit. Est argumētū propositio ÷ ex aliquib. existētib. resultans ad propositū ostendendum, seu concludendū. Et quanquā apud Dialecticos ÷ sit varius argumētū vsus, vt ex Syllogismo, Enthymemate & Epichremate. Nos tū argumētum esse intelligimus, quod ex quibusdam prius positis ducitur, & inde argumentatur. Aliquando et multis positis argumētum sumitur, l. 3. in princ. & §. 1. & l. ob carmen. §. 1. ff. de test. licet imperat. de leg. 1. l. nō oēs, §. à barbaris, ff. de re mil. l. cum res. C. de prob. & l. 5. C. de fide instr. Quocirca idē Bal. vt in d. l. ea quidē, n. 9. C. de accusat. dixit, argumētum esse ÷ collationē pluriū ad vnā conclusionē. Et dum argumētū ita sumitur, à signo vt pars à toto, differt. Nā ex pluribus signis aliqui ÷ arg. conficitur. l. Procula. ff. de probat. Aliqu ex solo signo, quod necessarium sit, vel maxime credibile. Et signum aliquando arte caret, aliquando non caret. Argum. verò ÷ artificium semper habet. Illud excipit M. Tullius in partitionibus, quod à testimonijs sumitur, & remotum appellatur. Vnde M. Tullius lib. 1. de inuentione scribit in hac verba, argumentatio videtur